Item Haubtrecht / hoc eſt, beneficium ſucceſſorium in bonis hominum propriorum. *VVehner verb.* Haubtfälle. *Speidel.verb.* Haubtrecht. *Beſold.in Theſaur. verbo* Haubtrecht.

Hauptrecht.

Hertrecht / quod ratione loci vel domus ſoluitur, als ein Rauchhheng / *Wehner verb.* Heerdrecht.

Herdrecht.

Fräuel. Sanè Aduocatus plerumque partem aliquam habebat mulctarum; ob laborem, in iudicijs, adminiſtrandis. *Knichen de iure ſuperioritatis.cap.4.n.500.& ſeqq.*

Advocatus quandoq; habet partē mulctarum.

Steür / Lehen / Vogthäbern / Jägeratz / vnd Hundlegen.
Gaſtrecht / vnd Einkehr.
Conſtitutio officialium ad iudicia exercenda.
Exercitium criminalis vel ciuilis Juriſdictionis.

VI.

ADOLPHI Romanorum Regis Innovatio, & Confirmatio Privilegiorum, Monaſterio Albenſi à Ruldolpho I. Suo Anteceſſore, conceſſorum.

An. Chr. 1298.

ADOLPHVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniuerſis Sacri Romani Jmperij fidelibus præſentes litteras inſpecturis, Gratiam ſuam & omne bonum. Noueritis nos litteras claræ recordationis Rudolphi quondam Romanorum Regis Prædeceſſoris noſtri vidiſſe, tenorem huiuſmodi continentes.

RVDOLPHVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniuerſis Sacri Romani

LANDKREIS CALW Kreisarchiv Calw

mani Jmperij fidelibus præſentes litteras inſpecturis, Gratiam ſuam & omne bonum. Ad loca quæ Diuino cultui mancipata cognoſcimus, acies noſtræ conſiderationis internæ feruenter extenditur, & ut pacis amœnitate refloreant, gratioſè eis beneuolentiæ ſtudiis aſpiramus. &c.

Datum aqud Rotemburg, Quarto Kal. Januarij Jndictione Quarta, Anno Domini Milleſimo, Ducenteſimo Septuageſimo Quinto, Regni vero noſtri Tertio. *ſuprà num.* III.

Præterea vidimus litteras præfati Rudolphi quondam Romanorum Regis de verbo ad verbum huiuſmodi continentes.

RVDOLPHVS Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniuerſis Sacri Romani Jmperij fidelibus, præſentes litteras inſpecturis Gratiam ſuam & omne bonum. Cum Religioſos viros Abbatem & Conuentum de Alba Ciſtercienſis Ordinis Spirenſis Diœceſis, qui ſpretis huius labentis ſæculi laſciuientis illecebris, in clauſtris clauſtralibus ſe claudendo, Diuinis ſunt iugiter obſequiis mancipati. &c. Datum apud Rotemburg, Quarto Kal. Januarij, Jndictione Quarta, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Septuageſimo Quinto. Regni vero noſtri Tertio. *ſuprà num. IV.*

NOS igitur prædictorum Abbatis & Conuentus de Alba precibus humilibus inclinati, omnia præſcripta rata & grata habentes, innouamus, & auctoritate Regia confirmamus. Jn cuius rei teſtimonium præſentem litteram conſcribi, & Maieſtatis noſtræ

noſtræ Sigillo iuſſimus communiri. Datum apud prædictum Clauſtrum Albam. Jdus Aprilis Jndictione octaua. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo, Nonageſimo Quinto. Regni vero noſtri Anno Tertio.

VII.

Emptio villæ Mercklingen & Curiæ ibidem dictæ Fronhof.

An. Chr. 1296.

NOS HAINRICVS & OTTO fratres Dei Gratia Comites Geminipontis tenore preſentium publice profitemur quod nos Abbati et Conuentui Monachorum de Alba Cyſtercienſis Ordinis Spirenſis Dyœceſis, vendidimus et atteſtatione preſentium vendimus villam noſtram Mercklingen et Curiam noſtram ibidem dictam Fronhof (*a*) et ius Aduoçatiæ (*b*) dube (*c*) freuel, betde, (*d*) cenſus, redditus, uſufructus, Landacht/ (*e*) cum Siluis, almendis aquis, vijs, inuijs piſcationibus, molendinis, alőſe vtilitatib⁹, communitatib⁹, commoditatibus uniuerſis, Handtrecht/ Hertrecht/ Herberge/ cum hominibus proprijs tam ibidem reſidentibus quam etiam ad ipſa bona pertinentibus et omnia Jura et omnia bona quocunque nomine cenſeantur beſucht/ vnd vnbeſucht ſine qualibet exceptione: hæc inquam omnia vendimus pro quadragentis quinquaginta libris hallenſium quas nos recepiſ-

LANDKREIS CALW Kreisarchiv Calw